ddidero eum tibi: ero peti reus in te
omni tempore. Si non intercessisset di:
latio iam vice altera venissemus. I:
gitur Israel pater eorum dixit ad
eos. Si sic necesse est: facite
quod vultis. Sumite de optimis
terrae frugibus in vasis vestris &
deferte viro munera modicum resinae
et mellis et storacis stactes et tere:
binthi et amygdalarum. Pecuniamque
duplicem ferte vobiscum et illam quam
invenistis in sacculis reportate: ne
forte errore factum sit. Sed et fra:
trem vestrum tollite: et ite ad virum.
Deus autem meus omni:
potens faciat vobis eum
placabilem: et remittet vo.